



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Sancti Bonaventuræ Episcopi Cardinalis Albanensis,
Seraph. Doctoris Ecclesiæ, Speculum Disciplinæ, Et
Profectus Religiosorum: Libelli ad pietatem vtilissimi**

**Bernardus <de Bessa>
Bonaventura <Heiliger>**

Antverpiæ, 1591

De effectibus orationis. Cap. LXVI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53148](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53148)

excellit. Prima, quia facilius & citius per eam impetramus quæ à Domino desideramus: ita ut quandoque citius breui oratione aliquis obtineat, quod diutius ieiuniis vel aliis laboribus, & piis operibus vix obtineret, licet & alia bona opera ad hoc aliquatenus suffragentur. Unde in omni casu, in omni periculo, pro omni desiderio desiderato, semper inueniemus sanctos principaliter ad orationis subsidium refugisse, quasi ibi promptius quod petebant consecuturi. Matth. Omnia quæcunque petieritis in oratione credentes, accipietis. Quid enim non potest oratio efficere?

De effectibus orationis.

CAP. LXVI.

ORATIO iram Dei placat. Moyses Exo. 32, 14 orabat Dominum, & placatus est Dominus. Peccatorum veniam impetrat. Mat. Mat. 18, 32 Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Mat. 6, 12 Item: Dimitte nobis debita nostra, &c. Tentationis impetum sedat. Num. Num. 11, 2 Orauit Moyses, & absorptus est ignis. Vicia cordis expellit. Psal. 38, 12 Psalm. Disperge illos in virtute tua, & destrue eos, &c. Psal. 49, 15 In periculo liberat. Psalm. Inuoca me in die tribulationis. A periculis defendit. Mat. 24, 20 Mat. Mat. 24, 20 Orate ne fiat fuga vestra, &c. De hostibus vindicat. 2. Paral. 20, 22 2. Paral. Orauerunt Ezechias & Isa. 37, 15 Isaias aduersus Zennacherib. Difficultates Ios. 6, 20 complanat. Ios. Vociferante populo muri Ierico corruerunt. Familiaritatem Dei confert. Psa. 144, 18 Psalm. Propè est Dñs omnibus inuocantibus eum. Isa. 58, 9 Isa. Clamabis, & dicet, Ecce adsum. Impetrat dona Spiritus sancti. Act. 2, 4 Act. Repleti sunt omnes Spiritu sancto. Luc. 11, 13 Luc. Pater dabit Spiritum bonum petentibus se. Item donum sapientiæ. Iac. 1, 5 Iacob. Si quis vestrum indiget sapientia,

tia, &c. Item gratiam prædicandi. Ad Ephe- Ephes. 6, 19
 sios: Orantes pro me, vt detur mihi sermo in
 aperitione oris mei. Item reuelationem secre-
 torum. Ierem. Clama ad me, & annunciam Ier. 33, 3
 tibi grandia & firma. Item potestatem quo-
 rumlibet miraculorum. Elias orauit vt non Iac. 5, 17
 plueret: item pro puero suscitando. Item tem-
 poralia subsidia confert. Psal. Oculi omnium Psal. 144, 13
 in te sperant Domine. Item subleuationem
 quarumlibet aduersitatum. Reg. Fames si 3. Reg. 8, 37
 oborta fuerit vel pestilētia, &c. Item quorum-
 libet vtilium vel necessariorum donationem.
 Ad Rom. Nam quid oremus sicut oportet, &c. Rom. 8, 26
 Item vitam æternam. Ad Roman. Omnis qui Rom. 10, 13
 inuocauerit nomen Domini, saluus erit. Et
 breuiter, omnia cōtraria saluti reprimat, & ne-
 cessaria confert, & conseruat, & perficit. Vult
 enim Deus non tantum orari pro eo quod &
 antè dare disposuit, sed vult vt plus oratio me-
 reamur per fidem, qua credimus quod non vi-
 demus: per spem, qua obtinere confidimus pe-
 tita: per charitatem, qua exauditorem amplius
 amemus. Iuxta illud: Dilexi, quoniam exau- Psal. 124, 4
 diet Dominus vocem orationis meæ. Item per
 humilitatem, qua in supplicatione perseuerem-
 mus. Item per desiderium, quo bona adipisci
 cupimus, maximè virtutes vnde Deo placeam-
 mus. Oratio est quasi speculum: nam clariùs Oratio spe-
 facit hominem agnoscere defectus suos vel culam.
 profectus: quia conscientia lucidiùs ibi se sibi
 repræsentat: & vel ex profectus consideratio-
 ne in fiduciã spei læta erigitur; vel ex defectus
 consideratione cōfunditur. Oratio quoq; mē-
 tem à terrenis magis leuat & elōgat, quàm ce-
 teræ actiones: quia cū illæ negotientur cum
 Martha circa frequens ministerium in serui- Luc. 10, 40
 tiis, ista cum Maria pedibus Domini inhærēs,
 eum solum sibi propitium esse exorat.

De